



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

392. De Visitatione B. Mariae Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

ad quorum imitationem me ita hortatur D. Chrysoſt. hom. 66. ad pop. *Tu neque Paulo melior es, neque Petro, qui nunquam remiſſionem aſſecuti ſunt, in amando, operando, & patiendo pro Deo & Proximo. Nudi ſaculo, induiti Chriſto, ut ait idem hom. de Pentecoſt.*

Conf. 2. Et cum Diva Gertrude requiram à Domino, ut cum abſim à tanto zelo, & perfectione Apoſtolica, quãſnam ego oves paſcere poſſim, unde ſummam dilectionem Domino demonſtrem, & audiam reſponſum lib. 4. cap. 45. *paſce agnos tenerrimos mihi dilectiſſimos. Cor tuum paſce divinis meditationibus, in laudem Dei, bonum proximi. Os ſalutari loquelã. Oculos ſacrã lectione, aſpectuque piarum imaginum & Crucifixi. Aures utili auditu & acceptione reprehentionum. Manus continuis exercitationibus juxta vocationem. Horum ſtudium ſummæ dilectionis erit exhibitio.*

Conf. 3. Quoniam modo fieri poſſim particeps tantæ dilectionis, & intelligam tribus id modis aſſequi me poſſe. 1. Fatendo me ejus indignum. 2. Fiducialiter ſperando. 3. Imitando, imò ſumendo in Venerabili, iſtam dilectionem & charitatem.

I V L I V S.

MEDITATIO CCCXCII.
De Viſitatione B. M. Virginis.

De

De Visitatione B. Virginis. 693

De ineffabili B. M. Virginis gratia.

Aspiciam cor B. M. Virginis instar thimiamatis effusum in laudem Dei propter ea, quæ accepit à Domino. Petam DEVM laudare cum ipsa.

Conf. 1. Quòd B. Virgo laudes Deo reddat, dum ipsa laudatur, totum quidquid haberet, assueta in Deum semper reflectere, & 1. laudat Deum propter beneficia particularia collata Animæ, corpori & passionibus, spiritui, menti, rationi, voluntati, quòd respexerit humilitatem, vilitatem, puritatem, abjectionem ancillæ suæ. Ex hoc deinceps me omnia futura secula tot altaribus, sacellis, templis, cõgregationibus, Religionibus, processionibus, concionibus, invocationibus, votis beatam dicent, quia fecit mihi magna, in hoc verbo inclusa sunt omnia. quo fatetur, se explicare non posse, quod capere potuit ab Omnipotente & Sancto.

Conf. 2. Quomodo B. Virg. laudet Deum propter beneficia communia, quæ secundo loco ponit, tanquam inferiora. Quàm potens Deus in vindicta sumenda de impietate & injustitia, & superbia, non solum in una persona Nabuchodonosore, Salmanasar, sed in integris nationibus, quas depressit, Cananaeos, Amortheos, Amonitas, Philisteos, alias Sauli substituit. Davidem humili-

lem,

694 *De Visitatione B. Virginis.*

lem, Amano Mardocheum modestum, Esurientes per Angelum, Daniele per Abacuc, satiavit, divites autem dimisit inanes, qui eguerunt & esurierunt.

Conf 3. Quòd B. Virgo rursus ad particulare beneficium redeat cōmemorandum, & Deum propterea laudandum. Quòd Israëlem servum & filium suscepit misericordiæ suæ non oblitus, sicut promisit Adæ, Abrahæ, Davidi, quòd eos non à Romanorum, sed à duriore demonis tyrannide liberaturus sit perenniter. Quando Deus suos magnificat, facit magnos opibus, honore, donis, gratijs, idque agit amore benevolentia; nos autem quando Deum magnificamus, nō possumus, nisi amore cōplacentiæ, celebrare ejus majestatem, omnipotentiam, sanctitatem, sapientiam, bonitatem. Et adhuc sim difficilis, ad hoc saltem Deo reddendam? quin imò hostiam insuper laudis Eucharistiam immolabo, & cum Diva conscendam festinanter superiora virtutum, ut ait D. Ambrosius. *Quò enim Deo plena, nisi ad superiora cum festinatione conscenderet? in cap. 2. Luc.*

MEDITATIO CCCXCIII.

De S. M. Magdalena.

De bono Dilectionis & Devotionis.

Aspiciam